

Cap. I.

Incipit consideratio annorum seculi et Iesu Christi ^{a)}).

Credimus et nullatenus dubitamus secundum IV evangelia Dominum Iesum Christum XIV. luna Aprilis secundum Hebreos pascha legale cum discipulis suis fecisse ¹⁰³⁾; quo peracto in eadem nocte a Iudeis comprehensum fuisse et in sequenti die luna XV. feria VI., que hebraice dicitur parasceve, hora VI. crucifixum; in sabbato vero in sepulchro quievisse, tertia die scilicet prima sabbatorum, quam Christiani diem dominicam nominant, a mortuis resurrexisse luna XVII. Item sicut tradunt sancti patres Ieronimus ¹⁰⁴⁾, Augustinus ¹⁰⁵⁾ et tota tenet ecclesia, idem Christus Iesus VIII Kal. Apr. ¹⁰⁶⁾ conceptus est; VIII Kal. Ian. natus est; et peracto humanitatis sue sacramento VIII Kal. Apr. passus est; VII Kal. Apr. ^{106a)}; fuit in sepulchro; VI Kal. Apr. ¹⁰⁷⁾ resurrexit. Item sicut tradidit sagacissima et diligentissima patrum investigatio et omnium tam Iudeorum quam Christianorum Grecorum et Latinorum doctorum assertio; sed et physice rationis approbatio, prima dies seculi nascentis fuit XV Kal. Apr. ¹⁰⁸⁾, et sicut suggerit Genesis, quarta sequenti die, scilicet XII Kal. Apr. ¹⁰⁹⁾, sol et luna et stelle create sunt, et luna plena, quanta solet esse inter XIV. et XV., que tamen ^{b)} a comptotistis XIV. ¹¹⁰⁾ numeretur. Item constat, quoniam ratio cyclorum, videlicet lunaris per XIX annos, solaris per XXVIII, utriusque simul per DXXXII, in se veraciter et naturaliter regirat ¹¹¹⁾ et non tantum nunc, cum ad unguem linie et inventionis perducta est, sed ex quo temporis natura et ^{c)} cursus ^{c)} cepit, semper eodem modo eademque mensura processit et in se rediit. Nec ^{d)} propterea, quod sol stetit ad Gabaon pugnante Iosue ¹¹²⁾ vel umbra rediit per aliqua ho-

^{a)} Christi Iesu statt Iesu Christi A. ^{b)} folgt vulgariter A. ^{c)} cursus-
que statt et cursus A. ^{d)} hec T.

¹⁰³⁾ Die Juden feierten das Passahfest am 14. Nisan, d. h. wenn der erste Mond nach Frühlingsbeginn 14 Tage alt war = Vollmond.

¹⁰⁴⁾ Vgl. das sogen. Martyrologium Hieronymianum vetustissimum zum 25. III. (Migne, PL. 30, 449).

¹⁰⁵⁾ Vgl. De trinitate IV, 5 (Migne, PL. 42, 894).

¹⁰⁶⁾ 25. III.

^{106a)} 26. III.

¹⁰⁷⁾ 27. III.

¹⁰⁸⁾ 18. III. Vgl. hierzu F. Piper, Der erste Tag der Welt, Kgl.-preuß. Staatskalender 1856, S. 6 ff., bes. S. 25 ff.

¹⁰⁹⁾ 21. III.

¹¹⁰⁾ Von einem Neumond bis zum nächsten sind es 29—30 Tage. Die Chronologen haben den Vollmond auf den 14. angesetzt.

¹¹¹⁾ regirare = regyrare = in gyrum et orbem revolvi (Ducange).

¹¹²⁾ Ios. 10, 13.